

1494. Ultimis Novemb. Ex Orig. Arch. Regni.

Littere super Bona Liehnowi et
Granowo Summa Sexingenta Mar-
ca, et quadringenti floreni, spe-
ctant pro Boguslao Dyrztijenszty.

77
 Joannes Albertus Dei gratia Rex
 Poloniae, Supremus Dux Lithuaniae
 Russiae Prussiaeque Dominus et ha-
 res et significamus tenore presen-
 tium universis quibus expediat,
 Quomodo constitutus personaliter co-
 ram nobis generosus Nicolaus De
 (Dobrzelecz) Capitaneus in Tucholia
 palam fassus est et recognovit,
 quia obligavit et presentibus obli-
 gat, duas villas videlicet Liehno-
 vii et Granowo in Districtu Thu-
 choliensi circa Chojniczce sillas
 Generoso Johanni Baranowskij Ge-
 nero suo in Sexingentis Marcis
 grafforum in mediis grossis nu-
 meri et monete Polonicae, et
 quadraginta florenos Hungaricales
 ratione Dotis post Generosam Do-
 brochnam germanam suam, cum
 omnibus et singulis utilitatibq
 fructibus, proventibus, censibus red-
 ditibus, agris, pratis, campis, sillis
 pratis, Gaiis, nemoribus, indagini-
 bus, cum eo videlicet jure Domi-
 nio et proprietate, prout eadem
 solus

solus in antea usque hactenus te-
nuit, habuit, et possedit obligatus
in Summis pecuniarum sibi aut
suis predecessoribus per Majestatem
Regiam paternam obligatarum, Nec
non proventuum, aut quomodocun-
que pertinentium excludendo seu
immorando, laboribus angariis, et
medietate avenae ex eisdem villis
provenientibus Duntaxat exceptis,
quae pro Castro cedent per eundem
Joannem Baranowski, et suos legit-
imos successores modo obligatoria
tenendas habendas, pacifice et qui-
ete possidendas, usque ad plenam
summam prefatae exolutionem. Cum
autem nos exolvere volumus in
partes duas villas praetactas in
Summis juste et legitime obli-
gatis ipsi Nicolas Czerelickij
et interim non fuerit Satisfac-
tum predicto Baranowski, ipse
Nicolaus Czerelickij tenetur su-
am sororem De Summis exolutis
contentare Consensu nostro ad ea
cuccedente, quem presentibus con-
cedimus, Harum quibus Sigil-
lum nostrum est Subappensum
testimonio literarum. Datum in
Thorun Dominica proxima ante fe-
stum Sanctae Thetherine, anno
Domini

domini Millesimo quadringentesimo
nonagesimo quarto Regni vero
nostri Anno tertio.

Ad Relationem Reveren-
di Patris domini Crestai
Electi confirmati Vicedi-
staviensis. Regni Poloniae
Cancellarii.

Ja Kopia przepisana z orygina-
lu Parjamentowego Annihilowa-
nego bez piéczki, Roku 1704,
w d. 20. Muii.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]